



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XIVII. Markgraf Ludwig überläßt Schloß Betzendorf den v. d. Schulenburg,  
am 1. Jan. 1345.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

**XLVII.** Markgraf Ludwig überläßt Schloß Betzendorf den v. d. Schulenburg, am 1. Jan. 1345.

Dominus contulit castrum Betzendorf — — dictis de Schulenburg, cuius tota forma si necesse fuerit inuenitur in alio quaterno. Testes Wolfstein, fwyker, Hufener, Hele pincerna, altman cum ceteris. Datum perleberg anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLV<sup>o</sup>. die circumcissionis domini.

Nach dem Copialbuch der Vogtei Arnburg, abgedruckt bei de Ludewig Rel. Mspt. VII, 123.

**XLVIII.** Die v. d. Schul. verkaufen ihr Haus bei dem Franziskaner-Kloster in Saltwedel an das Kloster unter der Bedingung, daß es ihnen erlaubt werde, einen Altar in der Kirche zu erbauen, am 7. Juni 1345.

Vniuersis ecclesiasticis iudicibus et seclaribus dominisque temporalibus nec non et Christi fidelibus omnibus — Nos Wernerus et Henricus filii domini thiderici et mater eorum domina luckardis et Wernerus ac henningus nec non et Cyffridus fratres et filii domini bernardi dicti de schulenborch dominique castri de betzendorpe noticiani subscriptorum. Quum ad perpetuam pacem conferuandam et lites dirimendas quilibet uere christianus iuste debet intendere ut pacis auctori pacisque temporibus quo quicquid ipsa colitur eo deuocius eidem seruiatur. Quamobrem — protestamur —, quod nos — domum nostram lapideam magnam cum omnibus officiniis sub terra et sub et supra intra domum eandem inclusa in curia nostra sitam apud fratres minores in Saltwedele cum spacio quinque pedum latitudinis longitudinisque ipsius perpendiculariter et directe protendendo a muro ciuitatis usque contra angulum maioris domus, deinde usque ad terciam statuum primi stabuli funiculum directe protendendo et de statua iam dicta usque ad plateam ciuitatis perpendiculariter et directe murum cum valua et edificiis sibi innixis et intra hoc totum spacium contentis, iam dictis fratribus minoribus Gardiano uidelicet fratri bernardo de kyritz et lectori fratri Johanni de beuen ceterisque fratribus seu conuentui fratrum eorundem pro LXXV marcis argenti stendal, addito tamen ut ad partes nostras permitterent unum altare per nos edificandum in iporum ecclesia ad perpetuam nostram memoriam seu parentum nostrorum peragendam, vendidimus donauimus et assignauimus atque in iudicio plena luce facto in eadem curia viridanti frondiculo resignauimus et in corporalem possessionem iuduximus per procuratores nostros scilicet henricum domini thiderici filium et henningum domini bernardi filium dictos de Schulenborch nostros patruales presentialiter constitutos, quibus plenam ad hanc venditionem et resignationem auctoritatem uel eciam potestatem contulimus seu plenum mandatum in manum iudicis et ad manum gardiani predictorumque fratrum seu conuentus faciendam pro vrbibus et necessitatibus quibuslibet eorundem libere ab omnibus exactionibus vigiliis ceterisque ciuitatis iuribus ac quibuslibet aliis impeticionibus quantum ex parte nostra perpetue possidendam uti patres nostri prius dictam curiam libere possidebant, quia si quid iuris in ciuitatibus consules saltwedelensis ciuitatis in predicta curia nostra habebant nostri progenitores, sicut dictorum consulum literis apertis et sigillo ciuitatis ostendere possumus et probare, legitime ab eisdem redemerunt — Datum Saltwedele anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLV<sup>o</sup>. feria VI post octauas corporis Christi.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Saltwedel, abgedruckt bei Gerck. Fragm. 6, 20. und Berman Schurmatz 2, Art. Saltwedel S. 50.